Quelle: https://manuscripta.at/?ID=42
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cione hodierna die corporaliter agit. hic spiritaliter
summa deuocione perficiat de hoste victoriam repor
tando. et opus misericordie magnopere diligendo. Per

Omnipotens semper deus redemptor mundi ORO
qui de celis ad terram descendere. et ad pas
sionem uoluntatis tue uenire dignatus es ut
humanum genus tuo pretioso sanguine libera
res adesto ecclesie tue uotis et supplicacionibus
nostris. tu enim domine quondam noe in archa super
undas diluuij gubernasti. et columbe mini
sterio per oliue ramum pacem terris redditam nunci
are uoluisti. sed et iacob patriarcha in ministerio
glorie tue erigens lapidem. ex huius arboris
ramis oleum benedictionis in cacumine tituli
fudit. unde unxisti reges et prophetas tuos. tu
enim xpc filius dei tibi competit fructus unctionis
et pacis. in cuius ineffabilem laudem psalmis
ta cecinit dicens. unxit te deus deus tuus oleo
exultacionis pre participibus tuis. quapropter te domine
supplices deprecamur. ut benedicas hos ramos